

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

§.2. Domini crucem in cœli fastigio, post judicium, collocandam videri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

diabolum, peccatum, moriendo debellaverit; quod populum suum de tyrannica potestate erexit, in optatam libertatem asseruerit, quod chirographum decreti nobis contrarium sanguine suo deleverit; quod mortis autore ad crucis trophaeum alligato, mortem in sempiternum precipitaverit; quod morte sua cælum electis aperuerit; quod opimis spolijs de hoste captis, supra cælorum triumphans invenitus sit; quod sedens ad dexteram Patris, pro laboribus susceptis quietem interminatam, pro perpetuis doloribus immensam animi lætitiam, pro opprobrijs & ignominia supremam gloriam & divinos honores consecutus sit; quod denique in medio electorum & dilectorum suorum, augustus, felix, gloriosus in perpetuum regnaturus sit.

Verum hæc, & his similia, quæ ab humano sensu longissimè posita, obscurâ duntaxat suspicio ne attingimus, devotæ potius sanctorum mentium cogitationi ac meditationi relinquamus.

¶. 2.

Domini crucem in cælorum fastigio, post iudicium, collaudam videri.

VEruntamen ad id quod proposui, non parum, opinor, conferet, si illud etiam adjunxerimus; quod et si video incertum esse, tamen & piè credi, & ratione probabili defendi potest: ipsam nimirum Domini crucem (ipsum inquam lignum in quo pependit Aflator noster) post diem extremi iudicij, æternum præclaræ victoriæ signum ac monumentum, cæli penetralibus inferendam, ibiq; excelsa atque illustri loco positam, omnium Sanctorum in se oculos admirabili decore, & fulgoris immensi majestate, converfuram.

Ad quam seu piam credulitatem seu probabilem conjecturam,

ROY

H. 11. 3
T. E. V.

*Thom. VV. al.
dens. Cos.
tz. en. Corse.
lum. Gret.
for. S. c.
March. 24.*
jecturam, non difficulter induci poterit, qui illam probaret, non paucorum equidem nec ignobilium autorum sententiam, qui ex ipsius Domini predicatione, sub extremum ejus adventum, non aliquam solum crucis figuram ex aere nubibusve formatam in caelo apparituram censem; sed ipsissimam Domini crucem, recollectis in unum omnibus ipsius etiata asperulis ac pulvisculis prodigiose instauratam ac redintegratam; eamque Christo ad judicium descendenti, tanquam signum filij hominis, id est insigne vexillum Judicis, Angelico ministerio preferendam. Cui opinioni favet Johannes Chrysostomus homilia de cruce & latrone. Et S. Ephrem citatus a nostro Gretsero l. i. de cruce c. 92. Atque ad eandem confirmandam faciunt, tum Sibyllae versus ita canentis libro sexto:

*O lignum felix, in quo D E V S ipse pependit!
Nec te tem caput, sed cali testa videbis,
Cum rediviva D E I facies ignita micabit.*

*ReG. extra.
c. 106.*
Tum illa Christi ad B. Birgittam allocutio: *Veniet tempus, quo lignum, quod nunc contemnitur, terrible apparebit.* Hac enim non possunt de sola figura crucis accipi, sed de ipsa vera cruce Domini; quae utique sola nomine ligni in quo Deus pependit solet ac debet intelligi.

In illa igitur generali rerum innovatione, resuscitabit Christus quodammodo, ac velut redivivam representabit crucem suam, & magno splendore atque gloria coruscantem obijicit judicandorum oculis; ad impiorum opprobrium atque terorem, justorum autem non mediocrem consolationem.

Neque mirum admodum aut insolens cuiquam videri debet: si in illa luce supremi honoris, ac gloria, ad crucem suam, instrumentum utique extremae sue ignominiae, in orbis totius oculis honestandam atque illustrandam, cum fateamur quidpiam extra naturae ordinem & miraculi plenum

num facere: qui ad ejusdem crucis gloriam spargendam ac propagandam, conspicuo atque testato per plura sæcula miraculo, illam ipsâ sui divisione sic multiplicavit, ut vivifici istius ligni partibus atque fragmentis universus orbis (uti loquitur S. Cyrillus) ferè repletus sit. Nam nequis fortassis eam ligni crucis prodigiosam atque divinam multiplicationem, novitiae Theologie aut nimis credulæ pietatis commentum putet: Videat eam tum à modò laudato Cyrillo (qui & Jerosolymorum Episcopus erat, & rem sui temporis scribebat) non obscurè assertam; tum evidenter à S. Paulino traditam, qui epistolâ quâdam de sua etiam ætate sic loquitur: *Quæ quidem crux in materia insensata vim vivam tenens, ita ex illo tempore (quo scilicet ab S. Helena inventa est) innumeris pene quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat, & quasi intacta permaneat, quotidie dividuam sumentibus, & semper totam venerantibus.* Adjungit deinde & in rem nostram: *Sed istam imputribilem virtutem & indelebilem soliditatem de illius profecto carnis sanguine bibit, quæ passa mortem, non vidit corruptionem.*

Hæc S. Paulinus.

Sed neque rursum isti de vera cruce in nubibus olim appariturâ sententiæ obstare potest; quod ea minor videatur, quam ut toti mundo possit esse conspicua. Advertendum quippe est, eandem hic & de Christi corpore moveri posse questionem: quem nimurum constat, & secundum humanam figuram crucis suæ mole non magis esse spectabilem, & tamen in ea omnibus fore conspicuum; juxta illud Apoc. i. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui cum pupigerunt.*

Non deerrit igitur Deo ratio; qua, sicut sacram suam humanitatem, ita & crucem suam, è nube prælustrî reddat orbi toti, id est hominibus in valle Josaphat ad judicium congregatis, perspicuum atque spectabilem; adhibitâ etiam

L

(6)

Catech. 4.
C. 10.

Ep. 11. ad
Sober:

ROY

(si ea opus erit) aliquâ seu organi seu medij immutatione; quo modo B. Stephanus vel in ipso cælo vedit J E S V M stan- tem à dextris D E I. Cùm & alioqui circa crucem adden- sari possit nubes aliqua translucens ac pervia, quæ tum instar crystalli pellucidæ eam decorè cingat ac vestiat; tum ipsâ, quam vocant, visibilium specierum refractione, ejus quo- dammodo magnitudinem augeat, ut magis è longinquo possit conspici.

Nihil igitur est quod huic sententiae, de veræ crucis, tanquam novi cælestis phænomeni, in judicio apparitione, suam probabilitatem adimat. Porrò hac opinione positâ, primum est ad illud, quod principio dicebamus, gradum fa- cere: ut scilicet non absurdè dicamus, eandem ipsam Chri- sti crucem post diem judicij cælestibus adytis inferendam, ibiq; incorruptam ac gloriosam, veluti perenne Salvatoris nostri de subiectis ac triumphatis hostibus trophæum, totâ æternitate conservandam.

Quis enim in animum inducat suum; lignum illud fe-
lix ac vivificum, tanto miraculo, sive communi orbis incen-
dio superstes, sive coalescentibus in unum ipsius particulis
redintegratum & quasi resuscitatum, tantâque gloriâ atque
splendore honestatum; aut deinceps fore corruptioni ob-
noxium, immò re ipsa confessim corruptendum; aut glo-
riosum jam & incorruptum, terræ potius relinquentum,
quâm cælo afferendum? Ut in hunc quoque sensum acci-
pe liceat verba Sibyllæ; dum lignum istud dicit, terrâ non
capiendum, sed cælestem domum, hoc est ipsa adytâ ac pe-
netralia cæli visurum. Quapropter & Thomas Waldensis,
*tom. 3.
f. 158.* cùm pro verâ crucis in judicio instauratione atque exhibi-
tione Chrysostomi verba retulisset, consequenter adjungit:
Ergo ipsum lignum crucis portabitur humeris (Angelorum sci-
licet ex mente S. Chrysostomi) quod secum in cælum levabit
Christus, nec relinquet solam in terris. In quem etiam sensum
fortasse

fortasse censemus nonnemo, Christi crucem à S. Ambroſio *De infinito*.
eternalem appellatam; velut sempiterno in caelis aevum dura-
turam. Idem multos velle testatur noster Cornelius. Et *Eph. 3.9. 88*
videri potest Cyprianus Uberti l. 4. de Cruce c. 8. ubi expre-
sse docet; crucem caelo eternum recipiendam, neque conve-
nire, ut Beati eternum ejus aspectu priventur: quamquam
is in principio significet, non ipsum lignum crucis Dominici-
cæ, sed ex aere condensatam crucis figuram in judicio com-
parituram.

§. 3.

Sanctorum ad Domini crucem solennis ac festa occupatio.

Sed quoniam semel in eam cogitationem venimus, & il-
 lud consequenter pie licebit commentari: ut, quemadmo-
 dum nunc ex recepro Ecclesiæ more, Clero populoq; suppli-
 cationis ergo procedenti, signū crucis præfertur, ut Christi
 vexillum & nota propria militantis Ecclesiæ: ita in illâ post
 homines natos solennissima lætissimaq; agminum beato-
 rum è loco judicij ad caeli templâ processione, ipsum crucis
 lignum præferendum sit, ut regale vexillum Domini nostri,
 & perpetuum Ecclesiæ cum eo triumphantis insigne.
 O diem illam (sic enim meritò illam appellem) Exaltatio-
 nis sanctæ crucis verè festivam: quando non jam in Golgo-
 thæ fastigio, sed in summa cœlestis Sionis arce, inter lætissi-
 mas totius cœlestis curiæ acclamations locabitur, splendo-
 re fulgens inextinguibili, ac lauro palmisue perennibus, at-
 que immortalibus amaranthis coronata! Atque exinde li-
 cebit delectabitq; caeli cives, isti ligno vitæ in medio Paradisi
 posito certatim circumfundî, & nunc illud complexu strin-
 gere, nunc jucundè dissuaviari, nunc altitudinem ejus lon-
 gitudinem metiri, nunc cognoscere loca clavorum, nunc
 siqua fortassis in eo supersint divini crux vestigia, ore-
 rimari; ad extrellum altissima eorum mysteriorum, quæ in

L. 2

eo

ROY

Up

T

C

U

N

V

I

L

T

R

O

S